¶ Undecimū eſt ꝙ nichil ex eo cru
dum ſumebant· Unde exodi duode
cimo · non comedetis ex eo crudum
quid · Per hoc exprimit̄ ꝙ nullus
ſine deuocōe ſaltem mētali ſacroſan
ctā hoſtiā dꝫ accipe· Ille ei qͥ crudū
ſumit corp⁹ dm̄ q̄ illud prius deuo
cōnis nō aſſū audet accipe· ¶ Duo-
decimū ē ꝙ caput cū iteſtinis et pedi
bꝫ ꝯmedebāt vñ exo·xij Caput cū pe
dibus eius et inteſtinis vorabitis·
Per hoc oſtendit̄ ꝙ cōmunicaturi fi
dem integram de diuinitate et huma
nitate ihu xp̄i debent hr̄e· quaſi eīm
caput mādũcat qui credit diuinita
tem ſed nō confitet̄ humanitatē· Pe
des aūt comedit et nō caput· iſt̄m tā
tū hominē et nō deū confitet̄ Caput
vero et pedes ſine inteſtinis mandu
cat qui licet xp̄m credat deum et ho
minē· tamē infirmitates eius a mi
ſerias abhorret et confiteri reformi
dat ſicut quidā heretici qui credebāt
iſt̄m ſine dolore paſſum ſicut ſagitta
traicit̄ ꝑ aerem· ¶ Terciūdecimū ē
ꝙ ſi quid reſiduū fuerit igni cōbure
bāt· Unde exo·xij· ſi quid reſiduū fu
erit igni comburetis· Per hoc innuit̄
ꝙ ſubtilitates fidei que ſupra nos
ſunt igni quem dominus venit mit
tere in terram ideſt ſancto ſpiritui
debemus cōmittere· ¶ Quartūdeci
mū eſt ꝙ cum azimis et lactucis a-
greſtibus agnum comedebant· Un-
de exo·xij· Et edent azimos panes
cum lactucis agreſtibus· Per hoc
oſtendit̄ ꝙ cōmunicaturi ſine fermē
to tumide et male cōſciencie· ſed cum
azimis munde et humilis cōſciencie
et cū lactucis ideſt contricōnis ama
ritudine ad ſumendā ſacroſanctam
hoſtiam debent accedere· ¶ Quintū
decimū ē ꝙ luna quartadecima hoc
eſt ꝙ in plenilunio agnū tipicum co
medebant· Per hoc innuit̄ ꝙ nullis
pueris niſi eis qui ad annos diſcre
cionis ꝑuenerūt in quibus videlicꝫ
quaſi plena luna eſt ideſt quorum
fides et racio a vero ſole ideſt cristo
ihu ſufficienter eſt illuminata· dari
debet a ſacerdotibꝫ corpus xp̄i· De
pe eīm ex hoc negligencie contigerūt
ꝙ pueris indiſcretis et virtutē hu⁹
ſacramenti ignorantibus datū fuit
corpus xp̄i· Rogate ergo deum prēm
ut ad corpus filij ſui ſumendū tam
munde et reuerenter accedere mere
amini ut hoc et corporis et anime ꝑ
ſalutem conſequamini ſempiternā·
Quod nobis preſtare dignetur ac̄.

Item in die paſche· S̄·xxxvij·

Iheſum queritis nazarenū cruci
fixum ſurrexit non eſt hic· ſed ite
dicite diſcipulis eius et petro quia
precedet vos in galileam ibi eum vi
debitis ſicut dixit vobis· ¶ In iſtis
verbis quatuor ſunt notanda· Pri
mo quis ſit ille qui queritur· Secū
do que ſint perſone a quibus queri-
tur· Tercio cum quibus aromatibꝫ
queritur Quarto vbi inueniendus ꝑ
angelum oſtendatur· ¶ De primo
nota ꝙ ſcd̄m angeli teſtimoniū que
ritur iheſus nazarenus crucifixus
Nota igitur ꝙ querens niti debet ut
ſit ſimilis ei quē querit· Omnis eīm
xp̄ianus qui dictus eſt a xp̄o ſpiri
tualiter debet eſſe iheſus nazaren⁹
ver⁹ nazaren⁹ a crucifixus Primo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

itaq; bonus xpianus debet eſſe ihūs
quod interpretatur ſaluator. Qui-
libet enim xpianus ſaluare debet
proximum ſuū tripliciter videlicet
elemoſinarum largitione. mutui
collatione. conſilij et auxilij cōicacō-
ne. Sc̄do xpianus debet eſſe verus
nazarenus. Et nō ꝙ ſicut teſtat̄ li-
ber nūi. quītuplex erat lex nazare-
oꝝ. Primū erat ꝙ nouacula nō aſcē-
debat ſup capita eoꝝ. per nouaculā
accipit̄ dolus. et malicia. Caue ergo
debet xpianus ne ſicut nouacula a-
cuta faciat dolum et ne ꝑ maliciam
et nequiciam grām ſpiritus ſeptifor-
mis precidat a capite mentis ſue.
Qui em̄ amiſerit grām ſpiritus ſan-
cti amiſit capillos id eſt ornatū ani-
me ſue. Secundum erat ꝙ quicqd
inebriare poterat non bibebant. In
quo innuitur ꝙ ab ebrietate cauere
debet quilibet xpianus. Contra ebri-
etatē dicit eccle. xxxi. Multos exter-
minauit vinū. Vinū corda ſupboꝝ ar-
guet in ebrietate potatū. Ibi dicit glō.
Ebrietas multos ſubūtit que ſenſū
minuit. irā excitat. libidinē inflam-
mat. aīmi ſecreta reuelat. Terciū
fuit ꝙ quicqd de vinea erat nō come-
debant. in quo ſignificat̄ ꝙ quilibȝ
xpianus fugere debet fornicacionē
et luxuriam. Luxuria em̄ vua eſt q̄
creſcit in vinea ſodomorū. et certe
vua hec vua erit fellis. et botrus
iſte erit amariſſimus. Malicia quip-
pe vnius hore in inferno videlicȝ ob-
liuionē facit luxurie maxime. ſicut
ait eccle. xi. Quartum fuit ꝙ ad om-
nē mortuū non ingrediebant̄. ꝑ qd
edocemur ꝙ verus xpianus debet

vitare eos et eorum ſocietatem fu-
gere qui vacant operibus mortuis
Non enim debet ſe conſociare talibꝫ
qui libēter ſedent in tabernis et ſtu-
dent calicibus epotandis. Qui eciam
ſolent ludere cum globis et taxillis
et qui laſciue ſaltant in choreis. Di-
citur eciā in pš. Cum ſancto ſanctꝰ
eris et cū puerſo puerteris. Dicit eci-
am pħus ꝙ ſepe candido innocenti
ſocio malignus comes rubiginē ſuā
affricuit. Debet eciam bonus xpianꝰ
ſocietatem eorū declinare qui libent̄
vadunt impie agere et furari. Vn-
de puer. i. Fili mi ſi te lactauerīt pec-
catores ne acquieſcas eis. ſi dixerīt
Veni nobiſcū inſidiemur ſanguini.
omnē precioſam ſubſtāciā repiemꝰ.
implebimꝰ domos noſtras ſpolijs
ſortem mitte nobiſcum. marſubium
ſit vnū oīm noſtrum. fili mi ne am-
bules cū eis. Pedes em̄ illoꝝ ad ma-
lū currūt ſubaudis eternū. Quintū
fuit ꝙ ſi aliquis corā eis moriebat̄
et maxime ſi occidebat̄ pollucbant̄.
per quod dat̄ intelligi ꝙ bonus xpia-
nus cauere debet ne aliquis corā eo
per detractionem feriatur ut videli-
cet nec ipſe detrahat nec conſentiat
detrahenti. Contra detractionē pu̇.
xxiij. Noli eſſe in conuiuijs potatorū
nec in commeſſacionibus eorum qui
carnes ad veſcendum conferūt.
Hic prohibetur detractio. qua detra-
ctores deo edibiles carnes huma-
nas conferunt ad veſcendum. Tercīo
xpianus debet eſſe quaſi crucifixus
Debet em̄ affigi cruci pnie q̄druplici
clauo. primꝰ clauꝰ ē timor mortis.
ſcds timor iudicij. tciꝰ timor carceris.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quartus timor tortoris· dz eciā eſſe
q̄i trāſſixus lācea caritatis· ¶ De
ſcdo nō q̄ pſone q̄ dn̄m q̄ſierūt erat
maria magdalena et maria iacobi
et maria mr̄ iacobi mīoris et maria
ſalome id eſt filia ſalome que fuit vx
or zebedei· Et ſignt hee tres marie
tres vires aie p q̄s aia deū querit
Maria magdalena q̄ intꝑtat̄ dn̄a
turrenſis ſignificat vim racionabi
lem· Anima em̄ in racōne ſedens q̄ſi
in turri eminenti ex ip̄a ꝓſpicit oēs
inſidias inimici· Maria iacobi q̄ int̄
ꝑtat̄ dn̄a luctatrix exꝑmit vim ira
ſcibilē p quā aia vanis et inmūdis
pc̄i illecebris ſiue delectacōibz iraſci
tur easqz abicit et cōculcat· Maria
ſalome q̄ intꝑtat̄ dn̄a pacifica figu
rat vim cōcupiſcibilē p quā anima
pacem veram que exuperat omnē
ſenſū· hoc eſt ſūmū bonū vehemenē
concupiſcit et querit· ¶ De tercō no
ta q̄ licet marcus dicat q̄ emerunt
aromata ut venientes vngerēt ih̄m
nō tn̄ exprimit que fuerunt aroma
ta quocirca ſana fide dici poteſt q̄
ad minus emerūt mirram et aloe
nardū et balſamū· et ex iſtis confe
cerūt vngentū quo vngerent ih̄m
Per mirram et aloe que vermes ar
cent et corpora conſeruant ne corrū
pantur intelligitur virtus caſtita
tis quā vermis luxurie non audet
contingere· Per nardum que herba
humilis eſt ſed multū odorifera no
tatur odor humilitatis· Cum enim
rex eſſet in accubitu diuinitatis ſue
nardus humilitatis beate virgis
ſpargens odorem ſuum traxit eum
in terram ad conſorcium noſtre hu
manitatis· Per balſamū quod mi
rabiliter eſt calidum ſignificatur fer
uor caritatis· Aque em̄ multe cupi
ditatis non poſſunt extinguere fer
uorem vere caritatis· ¶ De quarto
nota q̄ dominus per angelum oſtē
ditur inueniendus in galilea in mō
te vbi conſtituit diſcipulis ſuis ih̄ūs
ſicut dicit̄ mathi xxviij· Galilea in
terpretatur rota vel reuelacō· mons
autem ſtabilis eſt et firmus· igitur
dominus inuenietur et videbitur in
galilea hoc eſt in patria ſupcelesti
vbi eſt eternitatis indeficiencia· qd
notatur p rotam vbi eciā eſt omnis
ſciencia· qd notatur p reuelacōnem
vbi nichilominꝰ erit omnipotencia
que notatur per montem· Mons em̄
eſt multarū parcium ſola aggrega
cio· Rogate ergo dominū ut ſic ih̄u
nazareni crucifixi veri imitatores eſ
ſe mereamur eūqz ſic omnibus aie
nr̄e viribus conferat beate eternita
tis indeficienciā omnē ſcienciā et ple
nam ſuper omnia bona ſua potēciā
Quod nobis preſtare dignetur a̅e·

¶ In octaua paſche Smo· xxxviij·

Quia vidiſti me thoma credi
diſti beati qui non viderunt et
crediderunt ¶ Nota q̄ ſicut dicit glo xxxviij
ſa interlinearis dominus fidem hic
mirabiliter commendat· Eternam
enim beatitudinem credentibus re
promittit· Cum eciam dicat apoſto
lus ad hebreos vndecimo· q̄ ſine fi
de impoſſibile eſt placere· ¶ Duo in
preſenti loco principaliter ſunt no
tāda· Primū eſt quid ſūmope credē
debeamus· Scd̄m eſt que ſit btīudo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf